XVI, 16

Tussinus Adam

Judicium astrologicum..

1534.

# Judicium Aſtrologicum Magiſtri

Ade Tuſſini a Tharnow. Ad annũ dñi. 1 5 3 4. vigilanti lucubratione editum.

## Solis. Eclipſis. Lune.

Mars dñs anni. Venus particeps.



## Ad Lectorem.

Quem iuuat ignotas fati cognoſcere cauſas
  Qui ve volet vite tucior eſſe ſuę,
Me legat, hunc faciam ſuſpecto tempore tutum
  Doctior haud poterit, cautior eſſe poteſt
Vt vitare poteſt pręuiſę quiſqꝫ ſagitte
  Vulnera, nec ſapiens enſe perire poteſt
Triſte polum docet miſeros migrare colonus
  Agris, ac ciues tecta ſubire ſua
Sic ego dum moneo diros vitare dolores
  Quis non hac poterit arte leuare malum.

M. I. C.

A Floriano Unglerio Cracouiæ excuſum.

BIBLIOTEKA TNP
XVI,16



Qui letalia vulnera fati

Qui metuit fati letalia anno preſenti
Hanc nauem aſcendat tutus vbiq; fiet
Hic tibi nec bellum graſſanſq; per aera peſtis
Nec etiam eſtus, nec dira nocebit hyems
Sic eat & ſemper felici nauiget aura
Prę ſulis auſpicijs conſilijſq; bonis
Nec vitare aliter poterit diſcrimina fati
Tucior eſt iſto nullus in orbe locus.

REVERENDISSIMO
in Chriſto patri, & dño, dño Petro Thomiſkij
Dei gratia Epõ Cracouieñ. & regni Polonię
vicecãcellario digniſſimo, dño clemẽtiſſimo.
Magiſter Adam Tuſſinus à Tharnow. S.D.

QVEMADMODVM in alijs rebus Ptholomeũ, ita in hac potiſſimũ re Platonẽ imitandum mihi propoſui ampliſſime Præſul, ac domine clementiſſime. Qui in illis libris, quos de legib⁹ ſcriptos reliqt, p̄ſcribit, vt ſi quiſq̃ aliqd, dignũ poſteritate, om̃iq̃ dignũ laude inuenerit, ac cõpoſuerit, non prius illud in publicũ, ac in lucem edere audeat, q̃ hos q ingenio, iuditio, prudentia, ac om̃ibus dotibus preſtare longe, in illa ciuitate videñt, cõſulat, illis dicet, illiſq̃ conſecret. vtſi illis minus ꝓbaretur, vt aſteriſcis notent, cenſoriaq̃ virgula emendent, atq̃ ſubducãt. Contra, ſi pro futurum id reip. cenſent, vt id nõ ſolũ commune om̃ibus, ſed ꝑpetuũ faciãt. Id qđ mihi nõ ſolũ nunc, ſed etiam ſemꝑ faciendum in animũ induxi Reuerendiſſime dñe. Nam & ſuperioribus diebus Iudiciũ Cometis (quod ego magis dolore imminentiũ malorũ, q̃ ex offitio meo

ſeci, vt vnuſquiſq; habeat, quod illũ admone at, nõ tam vt ſit plene timidus, q̃ vt ſit paulo ſollicitus, cautuſq;, ne ve, in vtranq; aurẽ dor miat) tue Reuerendiſ. dominatiõi dicandum cenſui. Ita & nunc facturus de rebus inſtantis anni iudiciũ, volui comprimis, tuã Reueren. do, perinde atq; numen delphicũ ſimul conſu lere, ſimul etiã illi (nam id fututũ. tue Re, do, gratũ nõ diffido) dedicare, vt tuo noĩe in pub‑ licũ exeat. Solent plerumq; Reuerendiſ. do. eiuſmodi iudicia animos hominũ perturbare. Verũtamẽ nõ abſre cõſuatudine receptũ eſt, vt eiuſmodi iudicia in vulgus exeant & legã tur. Nam ſi vel peſtis, vel clades, vel periculũ aliquod ingruerit ſignaq; celeſtia quicq; diſcri minis minarent̃, homines illud vel prudentia, vel precibus, expiacõnibus quoq;, ac luſtratio nibus, ſi nõ in totũ, ſaltẽ aliqua ex parte decli‑ nare, vitareq; poſſent. Si eñ minæ Dei opti‑ mimaximi cũ conditione hominũ mutantur, quomodo influentie celi nõ mutari debeant, preſertim ſi nos noſtra ſcelera mutauerimus, à vanitatibus mentẽ reuocauerimus, ad bonã q; frugem, & ad viã rectã redibimus, Id quod vbi fecerimus, fiet ꝓcul dubio, vt licet nobis & ſydera, & aer, om̃iaq; elementa, peſtifera fa

taliaqꝫ portendant ac minantur, tamen iſta ſe
cundū noſtrā conditionē facile mutabūt, nec
peniteret illa mutatiōis, ſi nos nō puderet pe-
nitencie. Hęc ego ampliſſime Præſul in hanc
rationę ſcri benda eſſe volui vt homines non
ignorent plus fati in moribus & cōditiōe ſua
ꝙ in hac arte noſtra, & quadā futuri preſcië-
tia eſſe poſitū. Cœlū etem̄, & terra citius mu-
tabūt, ꝙ verbū dei, quo nobis teſtatū reliq̄t,
vt quicquid ab eo in noīe filij ſui petamꝰ, oīa
ſine vlla cūctatiōe optinebimus. Exinde etiā
ſperare poſſumus, vt tametſi ea nobis impen
dere quę ſcripſi vident̄, tamē ea facile declina
re poterimus, ſi ſcelera mutauerimꝰ vitāqꝫ in-
duerimus alterā, ad extremū precibus domi-
nū Deū fatigauerimus, vt hoc malū quod no
ſtris vicijs conflauimus, à noſtris ceruicibus
longe arcere velit. Itaqꝫ (quod oībus perſua
ſum eſſe velim) Si quid eſt ī noſtris iudicijs,
quod exitui nō reſpōdeat, id velim nō noſtro
errori ſed potius diuine voluntati, quę ſeſe ad
conditionē hominū plerūqꝫ accomodare ſolet
aſcribat, cōdonetqꝫ, malimqꝫ in hac parte parū
fidelis videri, ꝙ verus cū magno noſtro malo
eſſe. Hæc fortaſſis perinde atqꝫ paradoxa parū
momenti, apud oē genus humanū haberēt,

niſi tua anctoritate, qua nil in terris eſt maius nil auguſtius, niti viderent. Que vt ſint omnibus quidē hominibus perſuaſa, tuæ R. D. grata, etiā atq; etiā rogo. Tandē me, tuæ Reuereueiſ. amplitudini comendo. Bene valeat in ſecula multa, ac me mancipiū ſibi deditiſſimū omī beneuolentia amplecti dignetur.

# Proloquium.

VNA MALI SPEcie nō facile quemq; deijci contingit, euenit namq; ſepe ſepius, parte ex aliqua infirmari hominē, partibus alijs ſaluis exiſtētibus: tale malū quantūcunq; ſit eundē peſſundare nō poterit. Verū vbi cumulus malorū acceſſerit, ⁊ ꝓſterni ⁊ decumbi cernimus. Fata anni 1 5 3 4. cum introſpexerim cauſis vniuerſalibus ⁊ particularibus penſandis, aceruū malorū magnū cōgredi ꝓſpitio. Nempe cū in principio anni eclipſes Lunaris vtriuſq;, in menſe Januario videam, confirmātes intēſius, effectus cauſſarū maiorū iam preſentes, in Cometis deſignatos. Paucis itaq; antequā ea ꝓſequar declarationē deliquij hmōi luminaris vtriuſq;, quid efficiat, premittere vt neceſſariam operepretiū video.

## Declaratio Eclipſium vtriuſq; Luminaris.

¶ Eclipſationis Solaris, quinq; punctorū fere, que cōſpicabitur feria quarta ante Marcelli ſ. feſtū: eueniet iniciū hora 20. mi. 56. Mediū hora 21. mi. 54. Finis vero hora 22 mi. 51. ſupputatiōe horologij integri, ab occaſu ſolis: iniciū horis aſſignando. Duratio eclipſatiōis eiuſdē inter principium ⁊ finem hora 1, mi. 54.

¶ Eclipſationis item Lunaris que euenit feria ſexta ante fe-
ſtum Purificatiõis ſ. Marie in nocte anteriori. Inicium
erit hora 8. m̄. 24. Mediū hora 10. m̄. 12. Finis deniq̃ ho.
11. m̄, 56. ab occaſu ſolis. Tocius duratiõis tp̄us hora. 3.
m̄. 28. Cum luminaria effectus quoſq̃ ſtellarum ⁊ clariſſi
mos ⁊ intenſiſſimos efficiunt, ymo efficatiam omnē tribuūt
que fortiſſima eiſdem in cõiunctiõe ac oppoſitiõe abſq̃ omni
latitudine, vt in eclipſibus contingit, teſtimonio Ptholo-
mei omniūq̃ in arte Aſtrologica peritiſſimorū cenſet̃ tri-
buenda. Eclipſiū Solis ⁊ Lune in Januario anni curren-
tis/firmantiū intenſius effectus iam preſentes in Comete
ter ſucceſo repreſentatos. Que qualitas, in quo genere re
rum, quibus in locis, ⁊ tp̄e quo ſperanda ſit, paucis oſtende
re pernecceſſarium eſt.

# Quantum ad primum.

¶ Que qualitas ſit ex eclipſibus prefatis luminariū hoc eſt
bonū ne, an malū ſignificent effectꝰ, penſatis intime forti-
tudine ac virtute planetarū/toto tp̄e deliquij vtriuſq̃ lu-
minaris infortunas vincentes perſpicio. Siquidē in deliqo
ſolari, ſaturnus vim principaliter ſibi vſurpat. Cū ex rece
ptiõe luminariū in domū ſuā: tum ex anguli ꝓximi fortitu
dine Martē ꝓpter radiū efficaciſſimū ad luminaria in ꝑ-
ticipem coaſſumens, tametſi Venus ⁊ Jupiter a principio,
⁊ circa mediū, in participationem ſeſe ingerant. Venus ex
fortitudine ſua eſſentiali. Jupiter ratiõe anguli poſterioris,
multū tamen debilitatur efficatia eorū, cū ſint ſine aſpectu
ad luminaria, vtꝰ vo circūdatiõis eiſdē totaliter tollit̃ Jo
ui a Saturno/Veneri a Marte ⁊ Mercurio. Jupiter in
caſu ſuo, facile in opa Saturni, ꝓpter mutuā receptionem
conſentit, pulchra Venus vtriq̃ blanditur. nõ tn̄ ſuccūbit.
Demū in deliquio lunari Mars dominiū principale ſibi
vſurpat, Mercuriū a principio, Jouē a medio. Saturnum
in fine eclipſatiõis coaſſumēs in participes. Ipſe nāq̃ oibꝰ
peregrinis exiſtētibꝰ, angulari vincit fortitudine, ac radia
tionis ꝓpinqnitate, ipſius ſiquidē ⁊ Mercurij principalitꝰ
luna applicat radio efficaciſſimo. Sic quoq̃ i vtraq̃ celi

pſi, facile colligere licet, virtutē malorū fortiorē eſſe, atq̄ exinde magnū malū ymmo horrendū ſperādū nemo ignoret penſatis effectibus iam fere preſentibus, cauſarū precedentiū: nec diuerſa, vel alia mala conſicient, verū eadē, que expreſſa ſunt in Cometarū deſcriptiōe, magis tamen firmāt effectus Cometarū in Leone, ⁊ geminis exortorū, intenſi⁹ item eius qui in geminis ſuccenſus eſt, ex multa duratione ipſius in aquario. In hominibus itaq̄, plus magis ve, q̄ in ceteris animantibus complebunt effectus prefati, in regnis ⁊ ciuitatibus vt expreſſum erat. Manifeſtius effectus prefati apparebunt, in regnis ⁊ ꝓuincijs hijs. Perſia. Suetia Saxonia: parte Lytphanie. Italia: Gallia. Sicilia. Hyſpania. Apulegia. Bohemia quoq̄ Urbibus vero Jeruſalem Tridento. Conſtantia. Uiterbio. Piſauro. Teruiſio. Papia. Roma: Cremona. Mantua. Damaſco. Praga quoq̄, ⁊ generaliter regnis ꝓuintijs ac vrbibus que trigono aereo vel igneo ſubſunt. Speciali⁹ deniq̄ om̄ia regna vrbes/dogmataq̄, homines qui primā faciem Aquarij, ⁊ Leonis medietatem vltimā, vel ſignorū quadriangulariter oppoſitorum potiſſime in gradib⁹ ꝓpinquis. 4. Aquarij: ⁊ Leonis 20. gradu. in aſcendente ortus ſui, aut loco luminariū, ylegiorū ve principaliū/vel ad minus in cōuerſiōe annua ꝓpe locauerint, intra grad⁹ quinos, illi indubie effectus hm̄ōi deliquij luminariū, ſcd̄m magis ⁊ minus ſuſcipiēt. Hec de qualitate, rerū genere, ac locorū diuerſitate.

¶ Poſtremo de principio ac duratiōe eorundē effectuum: Concors omniū ſapientum ſentencia eſt, cū alicuius luminaris eclipſis inceperit in aſcendente, mox effectus ſequi. Durare quoq̄ iuxta durationē eclipſatiōis, atq̄ ab horis equalibus, in lunari menſem: in ſolari annū accipiunt oēs. Cum vero ab aſcendente diſtantiā habuerit, ⁊ qui preceſſerunt, ⁊ qui ſubſequuti ſunt Ptholo. ab eodē diſſenciunt putāt inceptionē eorūdē ab horis inequalib⁹ accipiēdā eſſe ac poſt menſes tot in lunari. vel annos in ſolari, quot intermedie hore ſunt hm̄ōi, inter aſcendens ⁊ locū eclipſationis comperte ſubſequi. durationē tandē menſibus vel annis cōpleri/ Ptho. magis ſequens viam naturalem in om̄ibus documentis ſuis, ac phiſicam, dictantē poſita cauſa/ ponitur

effectus. Sed quia ipſe eclipſibus extrā angulos virtutē mo dicam tribuit: durationem quoq; minorē aſſignat, eamq; ex proportione diſtancie ab orientali angulo accipiendam cenſet, hanc Ptho. mentē Trapeſumcius. circa ampho. cē tiloquij 24. apertiſſime ediſſerit. hec poſitio videt eſſe veri tati conſona, cū ꝛ ſtellis ꝛ planetis omībus minor virtus, extra angulos, ex ſentencia omiū attribuat. Ex hac ratiōe quo ad generale nocumentū in elementis ac elementatis, vtraq; eclipſis hec. ꝛ Solis ꝛ Lune in Januario parui no cumenti cenſanda eſſet, cū in domo cadente principiū. Finē vero in ſuccedente habeat, niſi inciderit in effect⁹ preſentes ex cauſis fortiſſimis, immiſceantur quoq; effectus earum quaſi particulares vniuerſalioribus. Innittendo itaq; di- cto Hali. qui ſentit, q̄ cauſa debilior fortiori annexa, induit naturam ipſius, ꝛ item ſentencie Ptho. modo expoſite. Ef fect⁹ ex eclipſib⁹ hijs luminariū in annū eūdē 1534. in ma gna pte, atq; atrocius inducendos, fata diſponūt, quos ꝛſi in vere nō eſt dubiū quin appareant, vehementia tamē ma iori in vltimis quatuor menſibus anni, Septembre. Octo bre. Nouembre. ac Decembre complebuntur. Extendetur quoq; duratio eorundem in annos plures. vt in Cometarū deſcriptione inſinuatū eſt. Verū in maiori nocumēto duo bus annis prime ſequentibus innoteſcent, qui aliter ſenti- re velit nō contradico, dicta exitus rei probabit. Clarius hec ex dictis particularibus annuis apparebunt.

# De planeta dominante.

¶ Ptholomei, ymo omniū ſapientū in arte aſtrologica pe ritiſſimorū ex ſententia. Mars dominiū anni preſentis ſi- bi potentiſſime vſurpat. Ipſe nanq; preuentionis dominus exiſtens (nempe q̄ in terminis conſtitutus ſuis. Luminare vtrunq;, pluribus poteſtatibus eſſencialibus, radio quoq; efficaciſſimo excepit, ac angulū primū ſigno occupat ſuo) in angulo occidentali ſtatus celi. cōuerſionis annue preſentiā ſuam poſuit, firmant deniq; dominiū ſuū plura ꝛ alia te- ſtimonia, tum quia toto anno directus, liberq; impedimen

B

cis ſit, tumqꝫ in reliquis anni partibus, ex fortitudine ſua,
in preuentionalibus ⁊ introitalibus thematibus vel domi
nium vel participationē habeat. Taceo ex cauſis fortiſſi-
mis Eclipſalibus ⁊ Cometarū in eodem anno, ipſius teſti
monia iam ante commemorata. Venerē eidem blandientē
in participē dominij acceptat, que licet fortitudine eſſencia
li polleat, defert tamē plena iure dominiū Marti, cū nec
in preuentionali luminaria, nec in introitali aſcendens ir-
radiat: lumen quoqꝫ ſuū miniſterio Lune atqꝫ virtutē com
mittit, hij ⁊ domini elementorū cū participatiōe Iouis ac
Saturni habendi ſunt, vt infra dicetur.

# Significatū generale
## anni tocius.

¶ Multis aduerſitatum calamitatibus, igne, peſte, gladio
egritudinibus: ſterilitate, atqꝫ fame, magna exparte, mole-
ſtabitur mundus, horū atrociſſimū. Mars ex vniuerſalibꝰ
cauſis vna cū Saturno, ⁊ ex ſpecialibus reuolutionis an-
nue ſeſe ſubiciunt in teſtimoniū, nec ſingula hec mala om̄i-
bus, verū om̄ia, hec vel illa ſingulis euenire ſperanda ſunt
Cum conditor omniū deus multe miſericordie ſit. ⁊ con-
uerſis ad ſe, vel parcere nouit, vel mitius affligere, quam
ſigna celeſtia per cōminationē poſita euidentiſſime inſinuāt
renuentibus vero complecti penitentiam, vt conſequantur
gratiam, hijs malis, peiora mala adijciet.

# De ſalubritate ac mortalitate
## viuentium.

¶ Cum ex cauſis vniuerſalibus remotioribus, ⁊ nūc ꝓſe
tranſactis, tū annue reuolutiōis, ac pluribus alijs ſignifica
tis fere in vnū conſencientibus, annus preſens multū habe
tur ſuſpectus, nō ſolū ſuꝑ varietate morborū- verū ⁊ infe-
ctione peſtifera, intranea ⁊ extranea aeris corruptiōe infici
ente corpa: Saturnus nanqꝫ in domo mortis conſtitutus,
equinoctialis ſigno, ⁊ dominū aſcendētis aduerſis ledit ra

diis. Mars item angularis Saturni confirmat ſignifica-
ta. Cauſas fortiores vniuerſales iā ante inſinuatas taceo.
Aderunt egritudines multe ac varie Saturnine precipue
ex cauſa frigida ⁊ humida pullulantes. fluxus ventris, ethi
ca, ptiſis, idropiſis, catharus, cancer, morphea, lepra, do-
lor in oſſib⁹. ⁊ hmōi. Et preterea puſtule apoſtemata aſcel
larum, febres quoq̄ acutiſſime cito ⁊ ſubitanee perimētes.
In vere ⁊ eſtatis principio, egritudinibus multi efficientur
mortalibus. In eſtatis fine ⁊ autumni integro tpe, infec-
tioni peſtifere atrocius ſuſpectū habet tp̄us. Salutaris ſtel
la Veneris, ponit ſe hijs malis principiū remediū. Uerum,
audi candide lector. Quid ſapiens, de hac ſtella multis cē
tenis annorū ante legem Chriſti ſenciat Ptholo. cā inquis
capite xij. parte iij. quatrupartiti. Uenus egritudines ⁊ pe
ſtilentias alleuiat, alleuiamento, grandi diuino miraculo
vel ꝓpter ꝓphetā, vel hominē ſanctū, ⁊ egritudines man-
ſueſcit medicinis vel cuſtodia. ex parte dei ꝓueniēte. Hui⁹
benigne ſtelle ex proprietate, ſacra eloquia virginē glorio-
ſam genitricem dei intelligi volunt, cū dr. Aue ſtella ma-
ris. ⁊c. Ad eam recurrendū erit, qui hec mala, reijcere ve-
lint. ipſa hanc iudicis ſentenciā dirā ſola flectere poterit.
Hec mala domeſticis animalibus, ſilueſtribus quoq̄ feroci
bus, etiam hoc anno imminent.

## De bellis litibus et pace.

¶ Mars anni dñs, habēs multa ſignificata cauſarū vl'iuꝫ
ꝑcipue eclipſaliū ſupꝫ bella, lites, diſſenſiōes. rixas quoq̄ ſe
ditioſas, atq̄ ꝑlia, apparitiōe Cometarū i annū pñtē, in ma
gna parte inducta, in ſigno humano conſtitutus, horrenda
atrociſſime, ⁊ cum multa ſanguinis effuſione concitabit.
Mercurius deniq̄ qui precipuus eſt ſeditionū ſignificator
Marti per quartū applicans, fraudes, deceptiōes, ac mul-
tas inſidioſas inimicitias ſuggeret. Aderūt itaq̄ nō ſolū
prelia iuſta: verū ⁊ fraudulente cedes ac oppreſſiones inſi-
dioſe, confirmant hec luminaria, Marti applicantia, aſpe-

ctus benignus eorundem, bella iuſtitie ex affectu inter ſū‑
mates inſinuat, nec benigne ſtelle ſoluunt hec mala, ymmo
conſentiunt per luminis delationē, miniſterio Lune. Nulli
bi ſecurius profugiū, quā ad eū qui ſyderibus preſidet, vt
ſaltem in diebus noſtris det pacē, vel de inimicis victoriā.

# De habundantia rerū pro victu hominum.

¶ Quamuis multe ac fortiſſime cauſe vniuerſales ⁊ ptīcu
lares, ſterilitatis ⁊ cariſtie. Nempe ex Saturno ⁊ Marte
vt inſinuatū eſt, qui precipui terrenaſcentiū ſunt corrupto‑
res. Ad annū hūc currentē exiſtant, hec tñ nō vbiꝗ. ſed in
certis climatibus ac regionibus ſperanda ſunt. que in de‑
ſcriptiōe Cometarū ⁊ Eclipſiū ſpecialiter noīata ſunt. nec
omniū, ſed aliquorū corruptio apparebit. Jupiter etēm vt‑
cūꝗ debilis in ſigno terreo, pfectionali conſtitutus: a Ve‑
nere adiutus, in parte conſeruabit terrenaſcentia. efficiet ni
hilominus venditores fortunatiores magis, quam Mercu
rius ſeptime domin⁹ emptores. Res oēs cum natura Sa
turni concordantes, vt que amarū retinent ſaporem, ſerua
bunt mediocritatem precij, que naturam Martis partici‑
pant, vt acri ſaporis, ſimiliter carnes omniū animaliū, mul
tum eleuabunt preciū. Que vero naturā Jouis participāt.
vt res dulces. Similiter que naturā Veneris, vt oēs fru
ges, mediocrem ſeruabūt creſcentiam, variabunt quoꝗ pre
cium, plus aſcendendo in precio quam deſcendendo.
¶ Annona, ⁊ res aquoſe que cū Luna concordāt, ⁊ eā que
in Vere ſeminant ſencient corruptionem exceſſiua, tum fri‑
giditate. tū ſiccitate. tū vermiū corrodenciū conſumptione
⁊ in eſtate eleuebunt preciū. Hec ſunt generaliter dicta.
¶ Specialiter Triticū, Siligo. piſa, fens, miliū mediocrē
germinationem habebunt, ⁊ preciū variabunt, ordēū creſ‑
cet abundantius ⁊ deſcendet pretiū eius. Auena mediocri‑
ter creſcet, augebitꝗ precium. Mel colligetur in abundā‑
tia infectū tamen erit. precipue rubigine preciū eius medio
cre. ¶ Vinū fertiliter creſcet, eritꝗ acri ſaporis mediocre

preciū ipſius Croci.piperis,ſerici/ſalis/a medietate eſtatis aſcendet precium.

# De abundantia mineralium,

¶ Eorū que in viſceribus terre naſcunt᷑. Quāuis abundās augmentatio ꝓmittit᷑, ex Joue ⁊ Venere in terreis ſignis ſub terra conſtitutis, in ſtatu celi reuolutionis annue, non tñ omniū erit lucroſa ⁊ vtilis collectio.

¶ Plumbū a principio anni impurū colliget᷑ nec fructuoſum erit laboratoribus, a medietate vero eſtatis purius colligetur, ⁊ ditiores efficiet laboratores.

¶ Aurum abunde augmentabitur/ nō tamen ditabit laboratores, ob profundam eiuſdem in terra latitationem, in eſtate duntaxat, ⁊ verſus anni finē/ ⁊ labor vtilior, ⁊ pretium magis gratum.

¶ Argentū/augmentabit᷑ ſufficienter/nō faciet tñ cōmodū laboratoribus a principio anni/ ꝓpter conſiſtentiam Lune circa caudā draconis, in alijs tandē partibus anni/ ⁊ preciū gratū ⁊ labor vtilior colligentibus habebitur.

¶ Cuprū impurū colligetur, parua quoqȝ cōmoda conſequentur laboratores ipſius fere toto anno.

¶ Ferrū ⁊ purū colligetur/ ⁊ in ſufficienti abundantia/gratū quoqȝ erit preciū eius ⁊ lucroſum laboratoribus, anno integro.

¶ Stannū ⁊ electrū augmentabunt᷑ ſufficienter/ habebit᷑ quoqȝ gratū preciū eorū/atqȝ labor cōmodi multi fere toto anno.

¶ Argentū viuum multiplicabit᷑ ſufficienter toto anno p̄ciū ei⁹ vile/nō tamen cum cōmodo eorū qui colligēt illud.

# De ſtatu ſectarum.

¶ Secte vetuſtiſſime Judaice profeſſores/ nō deiectā ſolū/ verum ⁊ multis aduerſitatibus affectā/experientur conditionem ſtatus ſui/id atteſtantur/ ⁊ eclipſes in ſigno gentis huius, ac Cometes longiſſima lucēs. Et preterea in annua

reuolutione/ ⁊ ſigna ꝓfectionalia a Marte leſa/ ⁊ planeta
deiectum locū tenens hec ipſa confirmant. In Vere ⁊ eſta
te afficient̄ morbis varijs/febrib⁹ accutiſſimis/vel infectio
ne peſtifera,carceribus opprimen̄t/ damna quoqꝫ in bonis
ꝑcipiet. anni finē verſus/ paulo eiectior apparebit eoꝝ ſtat⁹
¶ Religionis Chriſtiane veri cultores/nō minus infelicem
ꝙ ꝓſperū/hunc perſencient annū. Etſi ex annue reuolutio
nis themate appareat conditio ſatis honeſta/ quia tñ ꝓfe-
ctio deuenit ad ſigna Cometarū priorū preſentia leſa/ ſeu
malicia Martis infecta/que ⁊ inpreſentiarū ledunt̄ in anni
initio,quorū ſignificata intenſe currenti vigebūt anno. Ta
ceo plura vltra hec infelicia fata/frigeſcent cultores legis
chriſti in religione ſua ad viam peruerſam declinantes,vñ
permiſſione diuina multa perſencient aduerſa annō fere in
tegro/niſi Deus ſuppliciter inuocatus ſententiā mutauerit.
¶ Sarracenica ſecta/⁊ gens eandem ꝓſequens. vt Thurce-
ce/Thartari/nō omnino felicia experientur fata/cum ſigna
gentis/alterū a Marte/ alterum a Saturno, ledant̄, plus
ceteris tamen ꝓſperabitur, nempe ꝙ ſignificatores annue
reuolutionis habeat multum potentes/ cogitabunt ⁊ ꝓpo-
nent magna.que voto nō ſuccedent. Impedient̄ etiā multis
egritudinibus/infectione quoqꝫ peſtifera/ neqꝫ bellis multū
fortunabunt̄/terrore magis quā re ipſa vincent. Siquidem
Mars recedens terminis ſuis ſignū ꝓfectionale ledit. Sa
turnus item alterum in Eclipſi Lunari leſum ſubingredi-
ens/multa machinat̄ mala. Tempus Veris vtcūqꝫ ac hye
mis fauebit/⁊ ſaluti ⁊ fortune. Eſtas ⁊ autumnus/aduerſa
buntur multū,ymo peſtem reformident atrociſſimā. Ven⁹
anno preſenti nō ſeruabit quemqꝫ niſi miraculoſe/in gene-
ralibus quoqꝫ/vniuerſaliora:pluris habenda ſunt.

## De ſtatu Iouialium

### & eorū quorū Sol eſt ſignificator.

¶ Status eorū qui ſubſunt Ioui, vt ſunt ꝑſone ſpirituales
in ſtatu quolibet, Iudices ſpirituales ⁊ ſeculares/ atqꝫ in
magiſtratu alto poſiti iuſticie exequende gratia/ hij condi-

ſtionem ſuam magis deiectã/ꝙ̄ exaltatam experientur anno fere toto, ex Ione ſignificatore ſuo/qui in ſigno caſus ſui cõſtitutus, in oppoſito radio Saturni obuerſabit. In vere ⁊ autumno egritudinibus mortalibus afficiet. In Eſtate aduerſarios multos ſibi ⁊ amicis cognoſcent. In hyeme religio ⁊ iuſticia frigeſcet in eis ob auariciam.

¶ Conditio ſtatus eorũ qui nature Solis ſubſunt, vt ſunt reges ⁊ principes ſeculares tota quoqꝫ nobilitas. Et hij preſentem multum aduerſum experient annum. Ex Sole in magna parte eclipſato, timeant in Vere pericula mortis/vel egritudinũ, ex applicatione Solis ad quadraturã Saturni. Eſtas ⁊ ſanitati ⁊ exaltationi eorũ fauebit. In autũno turbabunt, tum negocijs reipublice tum aduerſitatibus domeſticis. In hyeme liberalitati ⁊ munificentie dabunt operam.

# De ſtatu Saturnaliũ
## & Martialiũ.

¶ Qui naturam Saturni participant. vt ſenes, vel offitia nature ipſius exercent, vt agricole, ſutores, cerdones. fodinarij, lutifiguli, ⁊ hijs ſimiles mediocrẽ hunc in ſua fortuna experientur annũ. Aduerſabunt legibus, contemnent quoqꝫ iuſticiam ſtatum ſpiritualis dignitatis flocipendẽs hec atteſtatur Saturnus oppoſitus Ioui, ob hec in Vere, pacientur damna in animalibus, vel ipſimet grauabuntur egritudinibꝰ mortalibus/ex ſaturno in octaua. Eſtas fauebit honori ⁊ exaltationi eorum ex eodem ſaturno in vndecima nõ impedito. In autũno cupient altius efferre conditionem ſuam. Uerum et anxietatibus ex parte preſidentium ⁊ egritudinibus vel mortalitate cõprimentur/hec Saturnus in aſcendentis angulo de ipſis preſagit. In hyeme religioni firmius adherebunt.

¶ Qui naturam agunt Martis. vt milites, atꝙ̄ homines armis ſanguineqꝫ gaudentes, vel qui igne offitia exercent hij annũ preſentem ceteris omnibus fortunatiorem experient amiciciam principũ ⁊ tocius populi habebunt. Hec de ipſis

Mars angularis habens luminaria eidem benigno radio applicantia atteſtatur, ⁊ ex Marte optime diſpoſito ⁊ forti, dum cauebunt diſcordias atqꝫ ſcelera, per que ⁊ gratiã dei, ⁊ amicitiam hominũ ammittere poſſent: integrũ plena felicitate preſentem peragent annũ.

## De ſtatu eorũ qui Veneri & Mercurio ſubſunt.

¶ Quibus alma Venꝰ preeſt, vt ſunt muliercule caſte, honeſte virgines, cantores/cytaredi/pictores/⁊ matrone pregnances/in mediocri proſperitate currentem peragent annũ licet Venus in domo eſſentiali ⁊ gaudij conſtituta ſit/⁊ radio Lune efficaci fortificatur/quia tamen hec ſigna in quibus conſiſtunt/habẽtur leſa. preſentia Cometis/anno proxime tranſacto/ abſqꝫ impedimentis fieri nequeunt/ob effectus cauſarũ fortiorũ/facilius tamen mala om̃ia/ quã reliq ſtatus hominũ euitare poterint. In poſtrema parte Veris febribus grauabunt nõ tñ mortalibus. In eſtate religioni dabunt operam. In autumno/ſimiliter hiberno tp̃e/vbi infectio peſtifera impedimento nõ erit gaudijs honoribꝰ quoqꝫ triumphabunt plus ceteris atqꝫ valitudine grata.

¶ Subiecta Mercurij/vt ſunt phie ſtudijs dediti/ſecretarij/ſcribe, mercatores/pueri/ſerui/horũ conditio humilis ⁊ deiecta erit/querent nanqꝫ adinuentiones in lege/⁊ ſcripturis nouas/magis erroneas quã veritati conformes/plus diſceptando/quã veritatem inquirendo/⁊ generaliter hijs attencius inhiabunt/ex quibꝰ vtilitas ac honeſtas nulla/ym̃o deiectio hec ſignificator ipſorũ Mercurius/in ſigno caſus ſui/bicorporeo, domoqꝫ cadente herens, exiſtens ſignificator legis, ſignificata Cometis tranſacti firmãs ⁊ applicãs Saturno ⁊ Marti/de ipſis preſagit/vtinã ſaperent ⁊ intelligerent ⁊ nouiſſima prouiderent. Verum. durus ſermo hic/facilꝰ eſt ferrum ſine igne, quam inclinationẽ celi, ſine gratia dei frangere/hec ⁊ alia cõia fata/toto fere anno competent eis. In fine anni parcitati, diuicijs quoqꝫ accumulãdis ſtudebunt.

# De ſubiectis Lune: ac
## ſtatu vulgi, itinerationibus quoqȝ,

¶ Vulgus ignobile conditionis cuiuſqȝ/ medioeri fortuna hunc preſentem pene integrū excipiet annū. Et ſi Luna in domo diniciarū conſtituta radio efficaci Veneris irradiata ꝓmittat plura cōmoda ac diuitias/ vel per dona ab amicis vel artificio publico in qualibet arte: perſencient tn̄ grauitatem ſolutione ſtipendij pro marcialibus. vel ab eijſdem ſpoliatiōe/ ⁊ ſimiliter fata generalia Cometis ꝓxime trāſacti/ euadere nō poterit totaliter/ ex conſiſtentia Lune in ſigno quo diutius perſeuerabat.

¶ Legationes/ ⁊ itinera in regiones longinquas/ gratia victus querendi, ⁊ nō multa erunt: nec fortunate peragentur itinera ꝓpinquiora/ ⁊ mercantie domeſtice ſeu intra regnū/ cōmodi vtilioris/ minoris quoqȝ impedimenti habebuntur.

# De ſtatu regni Polonie.

¶ Magnanimū/ ac om̄i maieſtate preclarū polonie regnū. Cum tua fata introſpicio/ deficiūt verba, quibus ea complectere debeam/ terrent plurimū arietine eclipſes huiuſqȝ protenſe terret horribilius admirandū monſtrū Cometes/ terret vehementius/ ſignū regno magis ꝓpriū Aquarius/ vt conditio ac mores hominū ꝓbant/ vel precipue ⁊ apertius ex hoc patet/ ꝙ gens ſigno huic ⁊ planete ſigni ſubiecta. Judaica dixerim/ tanto iure libertatis gaudeat/ efferatur quoqȝ, vt etiā chriſtianis preferatur, atqȝ quod deteri⁹ eſt, proh ſcelus, furari/ rapere, vſurari impune. vel de lege habeat, hinc luce ſolis clarius habet, Aquariū ſignū regni eſſe magis ꝓpriū. Hec ideo adducere opportuit, horrendum portentū eſt regno/ ⁊ ſubiectis ei⁹ Cometes incenſus in geminorū ſigno, is infecit ⁊ alia ſigna regni, ⁊ in aquario poſt longam eius morā extinctus eſt. Cuius opa preſentia vel ꝓxime complenda eclipſes luminariū in eodem ſigno pacte firmant, diſpoſitor anni pn̄tis, vt ex ante dictis apparet, viam hijs omnibus horrendis ſignificatis apperit/ que vno

C

hoc nõ complebunt anno, nec pluribus iterũ cõmemorare ea conuenit, cũ iam indeſcriptiõe Cometis, ⁊ item eclipſiũ incidentiũ inſinuata ſunt, breuibus tñ quo ad tpa anni, in cautelam cuſtodie, hec inſinuare neceſſum eſt, hoſtes extranei orientales, vel a ſeptentrione: damna furtiua ⁊ bella latrocinantia inferre ꝯtentabunt. In fine veris precipue, vel autumni principio. Que illuſtris dux regni, milite mercenario, feliciſſime amouebit, hec luminaria Marti optime affecta ſignificant, damna ab igne, ⁊ a latronibus vigilantiſſime, puideant ſignanter veris toto tpe. alia tpa nõ erũt in tm̃ ſuſpecta. Urbs primaria regni inclita Cracouia, hec tibi ſingularis dicta velim. atq̄ tue ſorori Poznanie. Preterea egritudines in vere mortales, ac peſtifera infectio. a medietate eſtatis, ⁊ toto tpe autumni terrorẽ magnũ incucient, orandus eſt piiſſimus celorũ conditor. hec mala ipſe interceſſione dſue virginis, ſanctorũ quoq̄ ſuorũ ammouere poterit: horũ Uenus indiciũ ponit.

¶ Maſouie, puintie incole annũ preſentẽ ceteris oĩbꝰ plus fortunatiorẽ habebũt: Nempe ideo, ꝙ habeant ſignũ nõ in aliqua pte leſum, factis ſuis ſtrennue, geſtis. famam. honorẽ exaltationẽ quoq̄ obtinebũt, habebũt gratiã principis ſublimabuntur quoq̄ in offitijs, atq̄ amicitia mutua vulgus ⁊ nobilitas conſociabunt. Hec ſignificator ipſorũ pulchram cũ luminaribus habens applicationem repreſentat fauebit eiiſdem ⁊ ſalubritas aure preter ꝙ in fine eſtatis. ⁊ in autũno imminebũt eis egritudines ſaturnine. Et ſub eodẽ tpe caueant diligentiſſime ab aura infecta ex alienis partibus importata. cetera quoq̄ preter hec: oĩa ꝑ voto ſuccedentcis.

# De ducatu Lithanie.

¶ Ampliſſimi ducatus Lithanie inhabitatores annũ hũc preſentem, in mediocritate fortune excipient. Quãuis ſignũ ipſorũ nõ ſit in aliqua parte ſui leſum, ymo preſentia ſaluti fere ſtelle Jouis fulcitũ. Quia cũ planeta eorum eſt multis impedimentis affectus, grauabunt plerũq̄ aduerſitatibus. ob defectionẽ a iuſticia ⁊ recto ordine. Hec Saturnus op-

poſitus Joui inſinuat. In vere damna ⁊ oppreſſionem ab
hoſtibus externis pretqueant. ꝓpter Martē ſup exaltatum
Saturno. Eſtas fauebit honori ⁊ exaltationi ipſorum. In
autumno grauabunt egritudinibus, prouideāt quoqꝫ ne in
fectione peſtifera ex alijs partibus importata ledāt. In hye
me religioni libertati quoqꝫ dabunt operam.

# De Pruſſia vtraqꝫ.

¶ Pruſſie vtriuſqꝫ incole vehementius aduerſa ꝙ̄ felici p̄
ſentem excipient annū fortuna. Luna nanqꝫ peregrina, ra-
dijs Veneris illuſtrata, ſigno: ⁊ leſo: ⁊ multū impedito ex-
iſtente, apparentē ymo mutabilem efficit felicitatē, ob effe
